

42.

17

(92)

1726

21

Q. D. F. F. Q. E. I.
DE

PETENDIS EX CONCVRSV VSVRIS

EX IVRE ROMANO ATQVE GERMANICO

DISSERIT

GENEROSISSIMAMQVE ATQVE NOBILISSIMAM
STUDIOSE IVVENTVTIS
CORONAM

AD

PRAELECTIONES AESTIVAS

EA, QYA PAR EST, HUMANITATE

INVITAT

D. FRID. SCHNADERBACH.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS IOANNIS GRVNERTI ACAD. TYPOGR.

PHANTASIA
EX CONCARTA A ZARIS
CENTRICO ZWISCHEN ALTOE NORIBURGAM
STADIOSAE TAVAEYIATIS
CORONATA
PRAGMATICUS ALIAS
D. KURT SCHMIDELICH
TITUS JONATHAN CHAPMAN ET C. F. COC

CONSPECTVS DISSESTITONIS.

- §. 1. Occasio dissertationis & methodus.
§. 2. IVS CIVILE exponitur. LL. XII. Tab. LL. in comitiis lae-
tae. Constitutio Iustiniani. Regula iur. Rom.
§. 3. Quando obtineat haec regula?
§. 4. De IVRE GERMANICO in genere.
§. 5. IVS MARCHICVM *vetus*.
§. 6. Ex quo tempore concursus dicatur formatus?
§. 7. IVS MARCHICVM *recentissimum*.
§. 8. IVS SAXON. ELECT. *vetus*.
§. 9. Exceptio prima.
§. 10. secunda.
§. 11. tertia & quarta.
§. 12. quinta
§. 13. rationes huius exceptionis.
§. 14. sexta.
§. 15. septima.
§. 16. octaua.
§. 17. nona.
§. 18. decima.
§. 19. vndeclima & duodecima.
§. 20. IVS ELECT. *recentiss.*
§. 21. IVS SAXON. DVCALE.
§. 22. Eius differentia ab Electorali.
§. 23. Dubium tollitur.
§. 24. Quousque priuilegiatae vsurae peti possint?
§. 25. Dubium remouetur.
§. 26. De ALIIS IVRIBVS.
§. 27. Quae ordine vsurae sint petendae?
§. 28. An post concursum vsurae adhuc peti queant?
§. 29. Significantur praelectiones aestiuae.

COLLECTAE DISSE TATIONIS



§. I.



Vousque in processu concursus Occasio hu-
vsurae possint peti, an usque ad ius Dissert.
tempus moti concursus? an usque ad
tempus exsolutionis? grauis est eo-
rum controversia, qui in rerum
versantur argumentis, quolibet,
ceu fieri solet, pro sua tanquam
pro aris & focis dimicante senten-
tia. Non quidem is mihi videor,
qui definire illam sustineam; quum tamen nouerim in il-
lustri quodam iudicio ventilari hanc questionem, &
vtriusque causæ patronum omnem mouere lapidem, vi-
ctoriam vt reportet; non incongruum existimau, de
iis, quae hanc in rem scriptæ sunt, legibus dispicere,
quaque exillis solide formari possunt argumenta, inqui-
rere. Hæc autem vt rite fiant, eam seruabo methodum, vt

1) quid ius ciuale Romanum de hoc capite fandi Methodus.

uerit, exponam,

2) iura intuar Germanica,
quidue de eo præcipiant, perpendam. Non tamen
omnia perlustrare animus est, nimis enim id esset pro-
lixum, sed potiora tantum: *Marchicum, Saxonica, Mag-*
deburgense, Halberstadiense, Lubencense. Hæc enim qui
nouerit, reliqua autignorare facile aut supplere poterit.

A

§. II.

§. II.

Ius ciui. Rom.
exponatur.

Romanorum primo loco indagatur iura, illos fœnori exercendo admodum nauasse operam legimus. Conqueritur de hoc Reipublicae malo TACITVS a) testis domesticus. *Vetus*, ait, *admodum in urbe fuit foenebre malum, & discordiarum seditionumque creberrima causa eoque antiquis ac minus corruptis moribus non raro cohibatum.* Nam primo XII. tabulis sanctum, ut ne quis vnciario foenore amplius exerceret, quum antea ex libidine locupletum agitaretur. Et hanc XII. Tabularum legem egregie restituit Vir incomparabilis IAC. GOTHOFREDVS b)

SI QVI VNCIARIO FENORE AMPLIUS FENERASSIT, QVADRIVPLIONE LVITO. Enim uero sicut fieri solet, vt, quo semel est imbuta testa, diu seruet odorem, ita, quae semel Romanorum occupauerat animum, foenerandi cupidus, tam altas postea egit radices, ut eradicari nullo modo posset. Non quidem deerant leges saluberrimæ: LICINIA, DVILLIA MAENIA, MANLIA PLAVTIA, GENVTIA SEMPRONIA, quae singulariter improborum foeneratorum cohibebant prauitatem, omnibus tamen extirpandis fraudibus vix sufficiebant.

Const. Iusti-
niani.

Noua IVSTINIANO auctore prodiit lex c) qua veterem duram & grauissimam usurarum molem ad mediocritatem reducere allaboravit, illustribus trientes (quatuor pro centum) mercatoribus *bessis* (octo pro centum) singulis autem aliis *semifessis* (sex pro centum) permittens. Aequitati admodum congruere hanc legem nemo dubitauerit, qui ita calculos posuerit: Si sorte mea, quia alius vtitur quotidieque interdum lucratur, mihi carendum, damnum, quod inde sentio, alio compensandum erit emolumento, ne duplex in me redundet incommodum, quum alter fructibus gaudeat. Non itaque audiendi qui falsa dueti persuasione, omnes in viuierum usuras dampnant

a) annal. lib. VI. c. 16.

b) tabula III. leg. 2.

c) L 26. C. de usuris.

mnant, prohibent, detestantur. Ex horum numero fuisse ARISTOTELEM a) atque SENECA b) litterarum consignatum reperimus monumentis; aliter autem Legislatores Romanos subduxisse rationes jam occupauimus. Addimus porro: *accessorium sortis* illis fuisse *vsuræ*, ideoque illi etiam adjudicatas, qui sortem credidisset. c) Quæ Regula iuris si ad nostram, quain versamur, quæstionem, applicemus, Rom. regula constituitur: *quandiu sors ipsa potest peti, tamdiu iure Romano etiam peti possunt usuræ.* Accessorium enim sequitur suum principale. Si itaque ea sit debitoris obacerati conditio, ut bona auctoritate iudicis creditoribus sint adsignanda, horumque diuersæ constituantur classes, usuræ ex sententia legislatorum Romanorum in eadem locantur, quae sorti data est.

§. III.

Quum autem exorto processu concursus, debitoris bona interdum sufficient omnibus creditoribus, inter dum non; emergit inde quæstio vexatissima: *an vero que casu usuræ in eadem cum sorte locandæ sint classe, an vero eo tantum, si bona sufficiunt?* Qui accurate illam trutinare atque rationes rite sub incudem vocare haud gravatur, posteriori tantum casu regulam obtinere deprehendet. POMPONIVM enim d, videbit egregie edicere; in eo, quod is, qui petit, vel is a quo petitur, lucrificatus e) est, durior causa est peitoris. Adeo sana id inculcat ratio, a nemine vt in dubium vocari queat, qui curationi expendisset mente. Si enim ita felicitatis humanae habenda est ratio, omnibus vt bene sit, sane illi magis succurrentum, qui damnum patitur, si cum alio concurrit lucrum querentur. Huic enim, si cum alio quoad

A 3

hanc

cineat hæc
reg.

a) Lib. 1. de Republ. c. X.

b) Lib. 7. de benef. c. 10.

c) v. L. 18. qui pot. in pign. L. 9. §. 2. de pactis.

d) in L. 33. de Reg. Iur.

c) ita Florentina. Alii legunt: lucri petiturus, it: lucri potius, lucri causa facturus.

hanc rem comparaueris, bene iam est, quum damnum non sentit, sed lucrum tantum querit; illi neutquam, quum graui adficitur detrimento. Sane aequitas ista Romanis adeo curae fuit cordique, ut in causis fisci concernentibus commoda locum quoque illi concederint, licet fisci alias maximus esset fauor. Prouoco ad auctoritatem PAPINIANI a) fisco, dicentes, non esse petendam panam, nisi creditores suum recuperauerint. Ecce autem? quia fiscus lucrum captabat, creditores damnum metuebant. Ex eadem ratione CORNELIVM FELICEM teste PAVLO b) fisco legimus se opposuisse, quum matris ille occuparet bona, atque regeffisse: *se ante paenam* (quam scilicet fiscus a matre sumere volebat,) *esse*; id quod ita etiam esse constitutum Paulus adfirmat. Quae quum ita sint, a maiori ad minus, ceu in scholis loquuntur, recte duco argumentum: *si fiscus lucrum captans postponitur alii de damno vitando certanibus, multo magis priuatus lucro inhabens, posthabendum alii de damno vitando sollicitis.* En aequitatem Romanorum contra ipsum fiscum adhibeam!

§. IV.

Ad Germanorum dum progredior instituta, non incongruum erit, pauca ex usurarum apud illos historia praefari. TACITI tempore fœnoris illos plane fuisse ignaros, ipse auctor est celeberrimus rerum Germanicarum consignator c) *Fenus agitare*, inquit, & usuras extendere ignotum: ideoque magis seruatur, quam si vetitum esset. Neque mirandum illud, quum aliquo loco d) idem testetur; pecunia illos caruisse permutationeque mercium usos. Postquam autem nummorum a Romanis sibi adquisierunt notitiam, tanta illorum animos occupauit haben-

a) L. 37. de iur. fisci.

b) in L. 48. §. 1. eod.

c) Tacit. de M. G. c. 26.

d) cap. 5.

De iur.
Germ. in
genero.

habendi cupido, ut HERODIANVS a) scribere non vereretur: *Sunt Germani pecunie in primis audi nunguam que non auro pacem Romanis cauponantur.* Inuecta itaque apud Germanos pecunia, auri sacra fames indies maiora cepit incrementa, ita ut vel eorum exemplo doceamus, quam verum sit illud IVVENALIS: b)

crescit amor nummi, quantum ipsa pecunia crescit. Atque sic factum, ut foenus atque vsurae se ipsis commendarent variisque constitutionibus ansam praebent. Ita nouimus graues illas FRANCORVM regum animaduersiones, quibus reserta sunt *Capitularia* apud BALVZZIVM. Quum enim Christianismum profiteri inciperet Germania nostra, interpretatione opus erat scripturae sacrae, vniuersitatis religionis Christianae fontis. Qua in quum verfarentur Clerici, loca offendebant vsuras admodum detestantia: c) quae quum recte interpretari haud possent, destituti omnibus genuinorum interpretum praesidiis, patrumque tantum legentes vestigia HIERONYMI d) AVGVSTINI e) AMBROSII f) vsuras plane damnabant, peccatum existimantes, quicquid vsurae veniret nomine. Principes hoc imbuto praeiudicio contra vsuras leges scribebant, concilia se armabant excommunicationisque in vsurarios vibrabant fulmen. Ad saniora autem quum redirent Germani, rem acu hucusque se non tetigisse animaduertebant. Distinctione itaque rem confidere autem abant, vsuras *legitimas* ab *illegitimis* fecerentes. Notae inde sunt recentiores Germanorum constitutiones de permissione vsurarum R. I. de anno 1530. §. 26. 1532. §. 7. 1548. §. 17. 1577. §. 17. &c. Immo ipse LVTHERVS g) aequas reputauit eiusmodi

con-

a) Lib. VI. cap. II. b) Satyr. XIV. Lib. 5. 139.

c) Exod 22, 25. Deuteron. 23, 19. & 20. Luc. 6, 35.

d) ad Ezech. L. 6. c. 18.

e) Homilia 48. it. in psalm. 128. f) de Tobia c. 3.

g) in der Vermaehnung an die Pfarr-Herrn vom Wucher zu preisen.

Genua Tom. Ien. VII. fol. 405.

constitutiones, addens: denn es ist iko die Zeit nicht, daß man mit 5. oder 6. Gülden uss hundert, Reichthum gewinnen kan. Quum itaque in toto Imperio adprobarentur usurae, variae semper insequebantur de usuris sanctiones, quouis fere Prouinciae Domino, quod subditis expedire credebat, praecipiente. Ex his hac vice perlustrandae, quae in praecipuis Germaniae prouinciis de illo usurarum capite, quod nostrae est considerationis, sunt promulgatae.

§. V.

Ius Marchi-
cum vet. in
specie.
Regula iur.
March.

Marchiam si primo loco intuemur, tot saluberissimis constitutionibus celebrem, regulam deprehendimus in fauorem creditorum postremorum efformatam: processus concursus silit cursum usurarum. Ita enim in REC. PROVINC. de anno 1653, §. 33. Zum drey und dreyzigsten halten wir für Recht, und ad abbreviandas lites dienlich zu seyn, verordnen auch hiermit, daß in concursibus creditorum, so bald ein formatus concursus entstanden, und der Zustand eines obaerati debitoris zur ordentlichen liquidation seiner Schulden gediehen, der cursus usurarum silitret werden soll. Ratio facile patet: si enim usurae semper currerent, eueniare facile posset, vt creditores in postremis locati classibus, sorte sua defraudarentur. In eo enim diuortium fecerant legislatores Marchici a Romanis, a) quod indistincte sortem cum usuris adjudicarent creditoribus, siue bona sufficerent, siue non. Opus itaque erat alio creditoribus postremis prospicere beneficio, ne in priores nil nisi fructus, in posteriores nil nisi damna redundarent atque detrimenta. Quum autem hoc modo fieri facile posset, vt tergiuersatione priorum creditorum processus admodum protraheretur, sapienter additum; nur daß die liquidation seiner Schulden processus den Creditoren zu Schaden und Nachtheil nicht von einem Jahr zum andern vorsätzlich protrahiret, sondern aufs schleunigste zur Endschafft und gänzlicher Richtigkeit gebracht werde

a) v. sup. §. 3. p. 5. seq.

werde ic. Tandem quoniam in aliis prouinciis, seu statim exponetur, a) ita obtinet, ut vñuræ plane non soluantur, nisi omnes in vniuersum creditores sortem acceperint, ius retorsionis heic quoque inuenitum. Verba hæc sunt: Wir lassen auch geschehen, daß gegen ausländische Creditores, woselbst denen prioribus creditoribus nur allein die capitalia, und die Zinsen nicht ehe, bis auch die posteriores creditores in sorte befriediget, adiudiciret werden, das ius retorsionis gehalten, auch hinführo in vñuris, es sey in oder extra concursum, deme nach gesprochen werden möge. Et hæc ex iure Marchico. Nihil amplius addam, quam quod vehementer mirer, qui factum, ut eximius olim ICtus IO. BRVNNEMANNVS b) constitutionem illam Marchicam aliter sit interpretatus. Distinxit scilicet: an cessio bonorum solenniter sit facta, an sine cessione citati creditores? Priori casu, sicut ait cursus vñurarum; posteriore autem currere usque ad tempus solutionis. Ita responsum testatur ab Ordine ICtorum Francfurtensum, & ita decretum a serenissimo ELECTORE in laudato Receff. Prouinc. qui tamen distinctionem illam plane ignorat, & in genere disponit: so bald ein formatus concursus entstanden, id quod tam cum cessione solenni quam absque illa fieri solet. Neque in illo, quem de concursus processu compositus, libro, huius distinctionis fecit mentionem; Sed quum hoc exponeret caput c) loquitione generali rem proposuit, in Marchia, aiens, sicut cursus vñurarum moto concursu.

§. VI.

Quum autem dictum, regulam hanc obtinere, si Ex quo tem-
mularque concursus sit excitatus, so bald ein formatus pore concur-
concurus entstanden, non immerito inseritur quæstio: sus dicatur
ex quo tempore concursus dici possit formatus? Alios proces-
sus initium capere ex tempore citationis reo insinuatae
tralatitium est, de concursu autem non ita conclamatum.

B

MEVII

a) v. §. 18. seqq.
b) in decision. cent. 2. deci. 16.
c) v. Brunn de proc. concurs. c. 1. §. 8. n. 2. it. c. 3. §. 1. n. 6.

MEVII a) quidem auctoritatem tantum non ab omnibus magni heic fieri, scio, neque leges ab isto adlegatas ignoro, b) quarum auctoritate initium concursus a declaratione, quod quis bonis cedere velit, statuendum existimat. Enimuero non praetermittendum puto i) leges ab eo adlegatas non satis probare quae probari debebant 2) quamvis etiam probent, ex ipsa tamen laudati MEVII sententia de eo tantum agunt casu, si debitor obaeratus bonis cedere constituit. Remanet itaque quæstio: quando concursus sit initium, si debitor fuga salutem quæsuerit? Anxios illa nonnunquam reddidit Doctores, adeo ut ambigüe interdum de illa loquantur legum destituti auctoritate. Obuiam huic malo iuit Rex Potentissimus c) in terris quae Brandenburgicum venerantur sceptrum, de vtroque casu ita praecipiens: jedoch, daß in diese sem leichten Fall (i. sc. debitor bonis cessit) so vjet den effect betrifft, der concurs von dem dato, da der debitor mit exhibitung der specification seines Vermögens sich zur cession offerret, sonst aber von dem Tage der citation an zu rechnen.

S. VII.

Ius March.
recent.

Exposui huc vsque ius Marchicum vetus de usuris praecipiens. Huic autem quum admodum obrogauerit idem Rex noster clementissimus d) nouamque fanciuerit constitutionem omnibus suis prouincis obseruandam, praeterire illam religio esset. Ita autem est concepta: Keinem Creditore ist in eben der Ordnung als sein Capital, mehr als 3jähriger Zinsen Nachstand anzusehen, die übrige nachstehende Zinsen aber, nachdem alle Creditoren, auch die nur schlechte Hand-Scheine und Buch-Schulden fodern, ihres Capitals halber Befriedigung erhalten, in eben solcher Ordnung, wie die Capitalia vorstehen, an-

zuroege-

a) Dec. P. VI, Dec. 104.

b) L. 7. §. fin. ff. de paet. L. fin. C. qui bon. ced.

c) in der Königl. Preußl. hypoth. und Concurs-Ordnung de anno 1723. §. 98. in fin.,

d) I. c. §. 127.

zuweisen. Temperamentum hoc modo factum, ita scilicet, ne, siue priores siue posteriores sint creditores, haberent, de quo conquererentur. Primus fortasse, qui in Germania hoc temperamento vñus, ERNESTVS fuit AVGUSTVS, Episcopus Osnabrugensis, primusque inter Electores Hanoveranos. Egregia est, quain in hanc rem promulgavit, constitutio. Quum enim intellexisset, quanta in terris suis ratione usurarum iuris esset incertitudo, his usurpas in processu concursus in una eademque cum sorte locantibus classe; illis autem usurparum solutionem non nisi restituta omnibus sorte permittentibus, peculiarem hanc in rem anno 1682. edidit sanctionem, ex qua excerpere sequentia conductet: daß wir dahero solche Mischeligkeit (de qua dixi) aufzuheben, und darunter eine conformität, als wir es der Billigkeit gemäß befinden, zu stiftzen, für nothig befunden. Sezen, ordnen und constituiren demnach und in Kraft dieses aus Landes-Hürstl. Hoheit, Macht und Gewalt, daß bey denen concursibus creditorum, in puncto prioritatis vorerst die Capitalia, und bey jedes 3. jährige hinterstellige Zinsen in eben die Classen, worinnen das capital zueckannt, gesetzt; Die übrigen Zinsen aber nach allen Capitalien hinten an, jedoch in eben solcher Ordnung, wie die Capitalia vorhero stehn, adiudiciret werden sollen. Placuit haec constitutio Potentissimo nostro Regi, & ita placuit, qui suam faceret & sanctioni de hypothecis & concursibus, ceu dictum, insereret, ita tamen, vt iuri retorsionis sit locus, si forsan res nobis sit cum aliis prouinciae subditis. a)

§. VIII.

Saxonicae me nunc vocant terrae, & quidem primo loco Electorales. Plane aliam heic esse usurarum faciem, ex iis erit manifestum, quae Sapientissimus Saxonie Lycurgus, AVGUSTVM innuo, anno 1582. in edito Torgauensi b) disposuit: Gedoch, wenn eines Schuldners Güter so weit nicht zureichen, daß die Gläubiger alle ihres ihm vor gesag-

Ius Sax. Elect.
vetus..

a) v. cit. §. 127. in fin.

b) v. Codex August. T. I. p. 144

Ratio.

gesagten Geldes davon befriediget werden konten, oder, da es gleich endlich zurichte, wegen derer Zinsen, ehe die vergnüter würden, die Haupt-Summen weit zurück gesetzet werden müssen: soll man auf solchen Fall, von ausgeliehenen Geldern auf keine Zinse; sondern allein auf die liquidirten Haupt-Summen sprechen. Wann aber dieselbigen abgelauffen und bezahlet, und es würde alsdenn noch was übrig seyn, mag man von denenselben auch die Zinse denen Gläubigern nach eines jeden habenden Rechten und prioritaet zu erkennen. Isdem verbis eadem repetit CHRISTIANVS II. anno 1609. a) IOANNES GEORGIVS I. autem confirmauit quidem anno 1622. constitutionem illam in ordinatione proces. b) addidit tamen exceptiones nonnullas c) & ita explicauit, vt in mutuo tantum id obtinere diceret. Ratio interim huius dispositionis eadem est, quam supra d) iam adlegauimus: *magis scilicet rationem habendam illius qui de damno vitando, quam qui de lucro captando certat, neque permittendum ut ille duplice fruatur commode sortem capiens cum usuris, hic duplice adsciatetur detrimento, utraque perdens.* Mentem ita explicat IO. GEORG. I. rescripto quodam anno 1652. edito e) welches vor sich selbsten in der natürlichen Billigkeit beruhet, die da erfordert, was und wie viel einem bona fide vorgeliehen, er so viel und nicht mehr wieder zu geben schuldig sey, die Zinsen aber blos aus gewissen Ursachen für den gehabten Nutz und Gebrauch der vorgeliehenen Gelder durch die Obrigkeit nachgelassen worden, es also der natürlichen Billigkeit nicht wohl gemäss zu seyn scheinet, daß die von Natur zustehende Befugnis deme weichen solte, so blos lege positiva eingeführet, einer Capital und Zinsen lucriren, der andere aber sein ganzes Capital entrahten und verlieren müste re. Hæc si rite expendimus, Serenissimos Saxoniae Legislatores eadem

sen-

a) v. ib. p. 1060. in f.

b) Tit. 50. §. 2. v. Cod. Aug. T. 1. p. 116.

c) de qu. §. seq.

d) §. 3. p. 5. seq.

e) v. HORN. de priuileg. iur. Elect. Sax. piar. causar. in concurred cred. p. 6.

sensisse intelligimus cum Romanis, horumque placita suis adprobasse edictis. Romani enim, si bona debitoris sufficiunt, vñuras in eadem classe locant: a) Saxones, si omnibus de sorte satisfactum, vñuras ex ordine classium solui præcipiunt, quod ineffectu reuera idem est. Romani, si bona debitoris non sufficiunt, de sorte omnibus soluenda ante cogitant, quam ad vñuras descendant b) Saxones idem præcipiunt. Alii aliam adhuc adducunt rationem quæSaxonicos mouerit legislatores, odium scilicet vñurarum. c) Enimuero quoniam illud oleat principia Cleri Pontificii, ad eiusdem casta id merito relegamus, non nescientes, vñuras, si legis accipiuntur permissione, odium plane non mereri, imo, si credendum, quod LVTHERVM dixisse ferunt: *mundus sine vñuri stare non potest.*

§. IX.

Iam ad exceptiones, quarum iam inieci mentionem. *Exceptiones,*
1) ma.

1) Nam constituit IO. GEORG. I. d) ratione rerum venditarum pretio autem non soluto. Audi legoslatorem: Wenn einer etwas verkaufft hätte, und es wäre ihm von der Kauf-Summa was hinterstellig, dieweil er sein eigenthümlich Gut, so er hier gegen mittlerweile nutzen können, entrathen muss und dorowegen, wann ihm solcher Nutz entsteht, das selbe vielmehr pro damno als pro luci amissione zu achten, soll er in dem Fall, auch der gebührenden Zinsen, wann gleich die Güter zu Bezahlung alter Gläubiger nicht zureichen, seiner Ordnung nach befriediget werden. Ante hanc constitutio nem diuersae erant Doctorum sententiae, ceu ex iis intel ligimus, quae ICtus Saxonius, DAN. MOLLER e) litteris consignauit. Interdum scilicet adformatiue, interdum negatiue quaestionem esse decisam ait, nec ipse dis fiteretur, fluctuasse se atque haesitasse, quoniam cautum de hoc casu erat nihil. Tandem autem ita subducens cal culos,

B 3

culos,

a) v. sup. §. 3. p. 5. seq.

b) ib.

c) v. C. 14. qu. 3. & 4.

d) in cit. Ord. Proc. Tit. 50. §. 2.

e) femeſtrium L. I. c. 28.

culos, lucrum heic non tam quaeri quam reuera damnum
vitari, usuras pretii non soluti ceterorum sorti praefe-
rendas indicauit. Quam sententiam reiecta priore am-
plexi quoque sunt Ordines ICtorum, & postea anno
1622. Serenissimus confirmauit. Latius quoque id est ex-
tensum, ita ut de pecunia hereditaria, Erbe Gesder und
Eage Zeiten eodem modo pronunciaretur. Rationem di-
cebant: quod pecunia hereditaria certis terminis soluenda,
sit pars pretii non soluti. Idem est, si quid hoc pacto ven-
ditum, ut pretium statutis temporibus soluatur, ceu
CARPZOVIUS pluribus exposuit. a)

§. X.

¶da.

2)dam idem adiecit IO. GEORG. I. piae memoriae.
Tangit scilicet usuras annuorum reddituum, de quibus dis-
ponit serenissimus legislator, quod aequae sorti cetero-
rum sint preferendae ac illac, quae ob pretium non solu-
tum debentur. De ratione conilicere si licet, opinionem,
annuos redditus non esse usuras, ansam huic praebuisse
constitutioni automo. Quum enim, ceu supra dedimus
demonstratum b) usurae admodum exosae essent patri-
bus, postea tamen valde adridenter Clericis, fuso opus
erat atque alio nomine. Exoriebantur itaque anni redditus
approbante MARTINO V. c) & CALIXTO III. d)
Pontificibus. Ex illis autem grauius adhuc enaseebatur
malum, anatocismus scilicet, siue usurarum usurae.
Quum enim hi anni redditus usurarum haud venirent no-
mine, sed merx appellarentur, sicuti fors muto data pre-
tium audiebat, propter imaginariam quandam emtionem,
qua erogans fingebatur emere certam mercem, exorieba-
tur questio: an, si merx illa iusto tempore non praestaretur,
usurae ex tempore morae possint exigi? Scapham si scapham
adpellassent, questionem statim negassent, quum usura-
rum exigere usuras vtique esset prohibitum; sed quoniam
annui

a) in Iprod. for. P. I. Const. 28. def. 168. it. def. 164.

b) §. 4. p. 7.

c) in c. i. de emt. vend. in extr. comm.

d) in c. 2. eod.

annui reditus usurarum non venirent nomine, sed mercis, adfirmative decidebatur quæstio, & sic anatocismus caput extollebat alias summa cura prohibitus. Insequebantur alia, & praecipue constitutum priuilegium, quod in concursu eorum usurae aliorum sortibus preferenda, omnia ex falsa persuasione, ac si peculiare hoc esset negotium ab usuris plane diuersum, quae inter alios etiam est sententia IOH. PHIL. LYNCKERI a) Rectius autem id expendit Potentissimus Rex FRID. AVGVSTVS, vnde eiusmodi usurarum priuilegia admodum restrinxit ceu infra pluribus erit exponentium. b) Olim tamen ad pensiones annuas v. g. canonem emphyteuticum, Erb-Zins, Frohn-Geld &c. priuilegium illud etiam fuisse extensum, testes sunt omni exceptione maiores, RICHTERVS c) atque STRVVIUS d).

§. XI.

3) tier

Supersunt due adhuc exceptiones, quae eundem legislatorem Serenissimum adgnoscunt auctorem. Addidit scilicet 3)atio: *usuras a fideiussore pro debitore principali solutas, hasque restituendas ait, licet reliqui creditores forte excidant.* Ratio facile patet. Quum enim eiusmodi usurae ratione fideiussoris reuera non sint usurae, sed potius fors creditori principali mutuo data, & quidem singulari amicitiae beneficio, aequum vtique est, iure quodam singulari ut etiam gaudeant. Inde ex eadem IO. GEORGII I. constitutione non pecunia tantum pro alio usurarum loco soluta, sed & id quod interest ante est restituendum, quam ceteri creditores fortem capiant. Hoc autem vtique differre ab usuris, quis est qui ignoreret? Probatione interim eger, qui id quod interest, petit, qua de re responsa collegiorum iuridicorum collegit IO. PHILIPPI e)

4) to

a) de annuis reddit. disp. Et. 9.

b) §. 20.

c) de priuileg. credit. c. 7. n. 9.

d) Synt. iur. ciu. Ex. 44. thi. 58.

e) in Observat. ad decisiones Electoral. Sax. Decis. 8. Obs. 7.

4)ta.

4)to denique vxor heic peculiari gaudet iure, *vſu-*
rasque ratione illatorum loco alimentorum debitas aliis cre-
ditoribus praeripit. Soluto scilicet matrimonio dos sta-
 tim peti potest, ac solet; non tamen ab heredibus statim
 exsoluitur. Vidua itaque aut vtitur iure retentionis, bo-
 nisque mariti insidet, aut curatorem admittit, qui ipsi de
 alimentis prospiciat, aut denique vſuras dotis acceptat
 loco alimentorum. Et de hoc postremo casu intelligenti-
 dus Serenissimus Elector. Ratione non est, quam vulgo ad-
 legendat: quia scilicet mulier eas non tanquam vſuras, sed
 vt interesse petit; ita enim logomachia ne committatur,
 vereor; sed ex fauore alimentorum id esse deriuandum
 nemo non videt. Quum enim teste PAVLO a) occidere
 videatur, qui alimenta subtrahit, nihilque, VLPIANO b)
 auctore, interst occidat quis, an cauſam mortis preebeat,
 prospicere mulieribus voluit legislator, ne deficientibus
 alimentis periculo vitae exponantur. Ex ipſa illud elu-
 cet lege. Excipit enim legislator casum, si mulier iam
 ex alio capite alimentis gaudet. Tunc enim vſuras hoc
 priuilegio destitutio pronunciat. Adde peculiarem ad-
 huc mulierum in iure fauorem, de quo satis commentati
 sunt BENCKENDORFF, CARPZOV, BRVCKMANN,
 BECHMANN, alii.

5)ta.

§. XII.
 Quas IO. GEORGIVS I. constituit regulae Saxo-
 nicae exceptiones, auxit postea nouasque adiecit filius
 IO. GEORGIVS II. ecclesiā, scholā, vniuerſitatibus, ſlipen-
 diariis & hospitalibus idem concedens priuilegium. Non
 eadem mens erat Patri, ceu ex peculiari, quam in hanc
 rem anno 1655. edidit, reſcripto c) eluēſcit. In hoc pri-
 mo exponit, Auum AVGVSTVM in edito Torgauensi d)
 fine diſcrimine creditorum ecclesiastici fint an ſeculares,
 diſpoſuiſſe, vt de forte prius diſpiciatur quam de vſuris.
 Weil nun, pergit, unsers Groß-Herrn-Datters füretliche
 wohl.

a) in L. 4. de agnosc. lib.

c) v. Cod. Aug. T. I. p. 193. sqq.

b) in L. 15. de ſicar.

d) de qu. vi. ſup. §. 8.

wohlbedachte Meinung gewesen, die Verordnung derer ge-
meinen Rechte von denen Zinsen a) ohne einigen Unterscheid
geist- oder weltlichen Mertuanten zu ändern; so können wir nicht
sehen, aus was guten Grunde und Bestand über diesen Punct,
nach gemeinem Recht in unsren Gerichten zu sprechen, und
unsers Groß-Herrn Vaters sonderbare Landes-Ordnung
hindan zusehen, b) Obiicit sibi quidem regulam nonnullorum
Doctorum de sanctione generali, casus favorabiles non
comprehendente, statim tamen subiicit: parem aliorum
esse numerum, qui illam non adgnoscerent. Praesertim
autem, ait, in hoc casu fundamentum illam non praebe-
re, quia non praeſumendum, wenn mehr gedachter unser
Groß-Herr Vater den Sinn und Vorsatz gehabt hätte, die
geistlichen Zinsen von der general-Sanction des Organischen
Ausſchreibens zu entfreyen, und bey der dispositione iuris
civilis zu lassen, daß er solches mit einem Worte nicht würde
ins Werk gerichtet und eximiret, sich dadurch von dem Ver-
dacht, als wäre alles nicht reiflich und wohl erwogen, befreyet
haben. Pergit porro ad eam, quam ipse in ordinatione
Process. c) hoc de capite promulgauerat sanctionem ge-
neralem, & demum haec notatu maxime digna subiicit:
Hätten wir einigen Fürsatz gehabt, einen Unterscheid unter
geist- und weltlichen Schulden zu machen, wäre es so leicht ge-
wesen, unter die Rubriken, da von einer oder andern geist-
oder weltlichen Schuld specialiter gehandelt wird, auch dea-
rer Zinsen, daß sie vor denen folgenden Haupt-Summen zu
zahlen, specialiter zu gedenken &c. bey diesem addit, (wo es
nicht in etlichen Fällen ausdrücklich benennet) lassen wir es in
alle Wege bewenden, und NB. wolte uns zu nicht weniger Bes-

C

schim-

- a) putavit scilicet ius civile etiam in casu, si bona non sufficiant,
vſuras vna cum forte adiudicasse, de quo nos autem alia
diximus sup. §. 3. p. 5. seq.
- b) quod ramen saepius fallum, ceu praejudicia evincunt apud
CARPZ. L. 4. resp. 46. ir. P. I. Constit. 28. def. 171. id quod
stomachum mouit Electori.
- c) v. sup. §. 2. p. 12.

schimpfung gereichen, wenn wir uff reisse Berathschlagung
 eine oder andere Verordnung unsern armen Unterthanen
 zum besten machen, zu mānnigliches Nachricht durch offe-
 nen Druck publicirten, darinnen aus wichtigen Ursachen von
 denen allgemeinen Rechten abzutreten, daß dennoch Geld-
 sūchtige Leute durch herfürgesuchte delusiones und dispu-
 tate sich unterstehen wolten, ein anders durch zudringen, und
 unsere wohlgemeinte sanction ihres Gefallens zu verkehren
 und aufzuheben. Es giebet die tägliche Erfahrung, in denen
 bisherigen von Tage zu Tage wachsenden concursibus credi-
 torum, daß der mehrere Theil derselben blosse chirographa-
 trii seynd, und solcher gestalt, wann ihnen andere nicht nur
 mit denen capitalien, sondern auch Zinsen vorgezogen wer-
 den, sie alsdenn ganz leer ausgehen, dergestalt, sonderlich un-
 ter denen, die keine Handthierung pflegen können, die bittere
 Armut je länger je mehr ins Land gebracht, hingegen die
 Zahl der Unterthanen vergeringert wird. Welches uns desto
 mehr veranlaßet euch nochmals auf den hellen Buchstaben
 unserer Ordnung zu weisen ic. Sine dubio itaque putauit
 serenissimus Elector, ecclesias minus adhuc quam alios
 decere, lucro adeo inhiare, vt illud cum detimento
 aliorum enixe quaerant. Inter modos itaque ad-
 quirendi prohibitos ratione ecclesiae retulit, qualibus
 ecclesiam Romanam semper scatusse pater ex libro curio-
 sissimo: *verius rerum gerendarum Romanae ecclesiae.* Sic-
 uti autem fit, vt tempora mutentur & iura mutentur in
 illis, idem comprobat exemplum huius sanctionis.
 Quum enim filius IO. GEORGIVS II. Patri successisset,
 nouisque & quidem gr. decisionibus Saxonis patriam
 locupletarer, caput hoc haud reliquit intactum, sed ita
 anno 1661. edixit: a) Weil aber denenjenigen Schulden
 so Kirchen, Schulen, Universitäten, Stipendiaten und Hospi-
 talien zustehen, als *pro causis* der Vorzug billig zu gönnen, die
 selbe auch nach der Rechtsgelernten Meinung ihre Zinsen nicht
 als Zinsen, sondern als interesse fodern; hiernechst ohne das
 die

die gemeinen Rechte den Gläubigern ihre Capitalia nebenst den Zinsen vor andern nachfolgenden Haupt-Summen in gewisser Ordnung vergnügen lassen, so soll ihnen solches interesse nebenst den Capitalien, wenn auch gleich andere nachgesetzte Gläubiger ihrer Haupt-Summen nicht vergnügen werden können, hinsühro abgestattet, jedoch solches allein auf Erblich und allodial-Güter verstanden werden.

§. XIII.

Alio Consiliario usum esse IOANNEM GEORGIVM II. quam Patrem, vel me non monente vnuisque sentiet, & quidem tali, qui piarum caussarum fauore admodum fuerit imbutus. ILL. DN. BOEHMERVS, CARPOVII id factum esse auctoritate tradit a) certumque est huic auctori admodum placuisse, quae de fauore ecclesiae tanquam piae caussae ab aliis erant collecta. b) Si autem ILL. DN. BOEHMERVM c) atque EXC. DN. RECHENBERGIVM audimus d) non sine grano salis illa sunt accipienda. Ecclesiae scilicet utique piae caussae merentur nomen, si sustentationem species Clericorum ex ipsis redditibus procurandam. Hac enim omnino publica promouetur utilitas, & sic nemo de fauore bonorum ecclesiasticorum dubitabit. Quid autem si ecclesiae ultra dotem pastoribus destinatam & ultra ea quae ad reparationem sunt necessaria, plura quotannis percipiunt, quae ramen in ususpiis, prout decebat, non erogantur, sed quae sibi exponuntur, quo patrimonium ecclesiasticum quotidie augatur? an tunc quoad haec bona ecclesiastica etiam piae caussae merentur nomen, fauoreque singulari prae aliis materia? vid. ILL. BOEHMERVM vlcus illud salutariter tangentem l.c. Et haec de prima, quam IO. GEORG. II. adlegavit, ratione sufficiant. Quantum ad alteram, vereor ex fraude Pontificiorum originem ne ducere vide-

C 2

Rationes huc
ius exceptionis
nis,

tur.

a) in iur. ecclesiast. L. III. Tit. 16. §. 30.

b) v. Lib. 4. resp. 46. & P. I. Cons. 28. def. 171.

c) de privileg. legatorum pitorum genuinis & spuriis cap. I. §. 1.

d) de eo quod in pliis causis impium est.

tur. Vsuras enim damnabant, ideoque ecclesiæ non decere profitebantur, sed alio tamen nomine erant permisæ.
 a) Belle hercle! Tertia denique non inauditi quid heic fanciri dicit, sed ea, quae in iure Romano de omnibus statuta essent creditoribus, ecclesiæ tanquam piis caussis præ aliis attribui.

§. XIV.

¶ra.

Ecclesiæ atque minores in iure saepissime pari ambulare passū in vulgus notum est, id quod & hoc in capite deprehendere licet. Ante quidem, quam peculiari id constitueretur decisione, magna erant sententiarum diuotia, ceu Celeb. Lipsiensis ICTUS IO. PHILIPPI b) adnotauit. Ansam id praebuit legislatori serenissimo qui eodem anno 1661. illustri sanctione rem definiret. c) Quum autem regula: *vsuras pupillares statim cum ipsa sorte in concursu praestandas, aequiuocationi occasionem praebere posset, quia dupli significatione vox illa accipi potest, vel ita, ut intelligantur *vsuræ omnibus, quotquot sunt, pupillis debitate, vel eo modo, ut, quas tuor pupillis debet, eo quod illorum pecunia *vsus est, aut rite non administravit, scrupulum hunc fastulit Serenissimus clare mentem explicans:** Durch die unmündigen Kinder Zinsen werden an diesem Ort keine andere Zinsen verstanden als diejenigen, wann ein Vormund seines Mündleins Geld in seinen Nutzen wendet, oder fahrlässiger Weise bey sich behält, und nicht ausleihet, auch bey noch währender Vormundschaft, und ehe er sich derselben würcklich entbrochen, ein concursus zu des Vormunds Vermögen sich ereignet. Descriptionem illam insequitur constitutio: Wann nun solchergestalt ein Unmündiger bey seinem Vormund Capital und Zinsen zu fodern, so sollen hinführo, weilen die Zinsen nicht ex mutuo, sondern aus der verwalteten Vormundschaft herrühren, an ihm selbst privilegiert seyn, und den Unmündigen damit derselbe nicht in*

a) v. sup. §. 10. p. 14.

b) in observation. ex decis. Elect. Sax. Decis. 9. Obs. 1.

c) Est decis. 9. in Cod. Aug. T. I. p. 298.

in Schaden komme, als ein interesse gebühren, beydes zu-
gleich in eine Classe und Ordnung, wann auch die andern Gläu-
bigér ihre Capitalien nicht erlangen, angesetzt und bezahlet
werden. Pertinet hoc ad singulare quibus pupilli gau-
dient priuilegia, quaeque ab aliis M. MANTVA, P.
MULLERO, IO. GEORG. SIMONE, IO. BVRCHAR-
DO &c. fuse satis sunt explicata. Hoc autem non praet-
ermittendum, quod si tutori forsan pecunia pupilli sub
vsuris relinquatur finita tutela, hae vsurae priuilegio isto
non amplius gaudeant, item: si tutor pecuniam pupilli al-
teri sub vsuris elocavit, hic autem postea bonis labatur
& haud soluendo existat, ceu pluribus persequitur lau-
datus IO. PHILIPPI. a)

§. XV.

Septimam idem IO. GEORGIVS II., & quidem
noua quadam decisione b) adiungit. Edicti Torgauien-
sis c) quidem atque Ord. Process. d) mentionem facit in
praeambulo, nonnullosque Doctores ex hisce normis ius
dicere, nullumque inter debita allodialia & feudalia discri-
men facere tradit, statim autem subiicit: nachdem aber
andere dafür halten, daß solche Verordnung allein in *allo-
dial-Gütern statt hat*, nicht aber auf die Lehens-Schulden
zu ziehen, in welchen nach allgemeinen Rechten und derer
Rechtsglehrten Meinung neben den Capitalien die Zin-
sen, wann derselben gleich im consens ausdrücklich nicht ge-
dacht, ihrer Priorität nach, vor andern Gläubigern, so kein
besser Recht haben, ungeachtet sie an ihren Capitalien ver-
kürzet werden, abzustatten, bisher auch in unserm Apella-
tion-Gericht und Schöppen-Stuhl also gesprochen worden:
so lassen wir uns diese letztere Meinung allerdings gefallen, und
befehlen hiemit, daß in unsern Landen hinführō sezt gedachter
Massen auf Capital und Zinsen in Lehn-Schulden erkennen,

C 3

gespro-

7)ma:

a) 1. c. n. 8. & 9.

b) Est interalias X. v. Cod. Aug. T. I. p. 298. in f.

c) de qu. v. sup. §. 8.

d) de qu. sup. §. eod. p. 12.

gesprochen, und in gleicher Ordnung gesetzet werden solle. Ius itaque singulare, ceu vidimus, tributum est debitibus consensu Domini & agnatorum munitis, quod tamen prae-termisit ILL. STRYKIVS, quum de obligatione feudi consensu munita commentaretur. a) Ad originem autem huius dispositionis quod attinet, hanc esse res ipsa loquitur: Persuaserant sibi olim Doctores, ius Romanum in concursus processu *semper* usurpas in eadem cum forte adiudicasse classe. b) Quum autem sapientissimi Saxonum legislatores constituerent, sortis in concursu praे usurpas habendam esse rationem c) iniuriam hoc modo fieri putabant iuri a cordatissimis mortalium conscripto. Quam ut quodammodo lenirent, *semper* ex placitis iuris Romani pronunciabant, simulac casus existeret in sanctione Saxonica verbis expressis haud decisus. Inde iam adnotauimus d) Doctores in casu, si ecclesia esse creditrix, ex principiis iuris Romani usurpas vna cum forte adiudicasse, admodum indignante Electore, quod domesticam constitutionem susque deque haberent, peregrinis delestantur. Nihilo tamen secius heic idem deprehendimus. EDICTVM TORGAVIENSE e) generalem proponit sanctionem de omnibus usurpas, easque exsolvi non permittit, nisi fortē suam iam acceperint creditores. ORDINATIO PROCESS. f) eandem repetit, nisi quod casus quosdam excipiat, (quo ipso autem regulam in casibus non exceptis confirmat.) Hos inter licet non sit, de quo heic sumus solliciti, si scilicet debitum consensu est munitum, Doctores tamen ius Romanum ex osculantes regulam iuris patrii respuebant, peregrinumque post minio quasi reducere, omnibus adlaborabant nervis. Condonandum fortasse, si modo recte eius adsequuti essent mentem. Enimuero nullo modo id factum esse, ex

iii

-
- a) vid. cap. 4. quod de effectibus consensus est conscriptum.
 b) de qu. v. sup. §. 12. p. 17. not. a)
 c) v. sup. §. 8. p. 11. sq.
 e) v. §. 8. p. 11. sq.
- d) §. 12.
 f) v. §. eod. p. 12.

iiis adparebit, quae supra a) satis sunt adducta. Adjudicabant itaque vñuras ante sortem, licet bona non sufficerent, reclamantibus legislatoribus Romanis, reclamantibus domesticis. Malum interim latius serpebat ipsamque Principis inficiebat aulam, & sic ea, quam exhibuimus prodibat constitutio, Edicto Torgauensi mentique IOANNIS GEORGII I. aequitatem curae cordique habentis, admodum contraria. Vnde etiam a sapientissimo Principe FRIDERICO AVGUSTO rursus est euersa. b) Firma interim conieeturam meam stare talo, vel ipsa, quam adduxi, sanctio pragmatica, item CARPZOIVS c) prodit, vnde illi amplius immorari superuacaneum duco, vnicum id adhuc adiiciens: Doctores sententiam illam propugnantes, varias conquisiuisse rationes fculneas, quibus suffulcirent, ne temere patriam legem posthabuisse adcevarentur. Has inter & haec est: *Dominum, qui in uno dispensare & possibile facere posse, quod erat impossibile, utique & in altero dispensare, & quod impossibile, possibile facere posse.* Sunt verba ZANGERI d) ita argumentantis: Si Dominus efficere potest, vt feudum pro sorte & vñuris obligari possit, quod iure communi fieri nequit, efficere quoque potest, vt vñurae sorti in concursu praeferantur, hoc enim iuri communi aequa est incognitum. Enim uero id quidem probat, Dominum id efficere posse, non autem, quod reuera ita constituerit. Hoc enim factum ante constitutionem allegatam quae 1661. prodiit, nemo dixerit. Et tamen ZANGERVS dudum ante illam id adseruit, ac CARPZOIVS e) postea repetuit.

§. XVI.

Diximus hucusque de exceptionibus, quae ipsa Serenissimorum Legislatorum nituntur auctoritate. Alias autem adhuc Doctores addiderunt, vnde & has in considera-

§. XVI.

a) §. 3. p. 5. b) v. in f. §. 20.

c) L. 4. Tit. 6. resp. 43. n. 22.

d) de except. P. III. c. 25; n. 99.

e) Lib. IV. Tit. 6. resp. 43.

dérationem vocare oportet. Octauam scilicet hanc constituunt: si usurae non sunt lucratoriae sed compensatoriae, i. e. interprete IO. PHILIPPO a) si creditor probet, se ob defectum pecuniae, quam iusto tempore non soluit, coadum fuisse, vendere lares paternos, vel praedia, vel aliunde pecuniam sub usuris mutuo accipere. Optime haec conueniunt cum intentione legislatoris. Hic enim vetuit tantummodo, ne ille lucro gaudeat, hunc autem damnum maneat. Quod quum dici non possit de creditore, qui ipse usuras soluere cogitur, exceptio haec optimo iure adiici potuit.

S. XVII.

Nonam dicunt esse in usuris rei iudicatae, i. e. illis quae peculiari quadam sententia iam alicui sunt adiudicatae. Rationes hae adlegantur a CARPOVIO b)
 1) quod usurae rei iudicatae qua tales, non ex mutuo, sed ex iudicato debeantur, sive ex quasi contractu in iudicio inito, indeque dispositio Electoralis c) ad eas extendi nequeat. 2) quod statutariae dispositiones stricti sint iuris, & ad vnguem & contextum obseruandae, non vero ad alium casum extendendae. d) Constitutionem enim Electoralem, ait, tantum disponere de usuris ex mutuo, non autem de interesse ob moram, quale heic adesser. Usuras enim rei iudicatae deberi tantum ut interesse, id quod ex L. 2. & 3. C. de usuris rei iudicatae confirmare conatur. 3) adlegat auctoritatem rei iudicatae, quam tanti esse notum sit, vt nec princeps ex potestate plenaria afferre vel immutare possit. Denique 4)ta ipsi, quod exhibet, Scabinorum Lipsiensium responso, inest, venirique nomine: des gemeinen Wahns der Rechtsgefahrten. Singulas si consideraueris, primam cum tertia coincidere, secun-

a) in Obs. ad Decis. Elec. Decis. 8. Obs. 8. n. 4.

b) L. IV. Tit. 6. resp. 47.

c) vid. sup. §. 8.

d) Idem principium stabilite conatur d. I. resp. 44. n. 8. vbi addit; praesertim si sint correctoriae & a iure communione exorbitantes.

secundam, ut alia taceam, in leges patrias iniuriam, a) tertiam autem vi sua non destitui deprehendes. Quum enim quisque sibi imputet, quod remedio iuris sententiam sibi haud proficuum a viribus rei iudicatae non suspenderit, conqueri sane non potest, si aliorum usuriae sorti sueae praferuntur. Quartam denique nullius plane esse ponderis, iam alio loco b) non ita pridem est ostensum. Ceterum has usurias ex eo tempore computari, atque hoc nomine insigniri notandum, ex quo sententia de super lata vires rei iudicatae nacta fuit. Prae iudicia hanc in rem communicat inclitus olim ICtus, QVIN-TVS SEPTIMIUS FLORENS RIVINVS c)

§. XVIII.

Decimam exceptionem aiunt esse in perceptione fructuum loco usuriarum *in pacllo antichrescos*. Vnde, qui hoc modo usurias est lucratus, restituere illas in concurso, atque exspectare usque dum alii forte in suam acceperint, non tenetur. Ratio haec est; quod constitutiones Electorales d) loquuntur de contractu mutui, & in hoc usurias fortibus postponunt; heic autem plane aliud est negotium, quo in non tam dici potest, quod quis lucretur, sed mercedem tantum accipit laborum suorum. Infinitis enim incommodis hunc contractum esse inuolutum nemo est qui nesciat. Prae iudicium exhibet CARPO-ZOV. e)

§. XIX.

Vndecima est: si concursus creditorum haut existit, sed *vnus ex creditoriibus* tantum *debitorem contineat* & sequitionem vrget, tunc forte cum usuris ille accipit, licet moto postea concursu debitor non soluendo existat. Ratio est: quia constitutiones Electorales f) de concursu loquuntur creditorum, iusque, quod in illo obtinere de-

D

beat,

a) conf. quae sup. dicta sunt §. 12.

b) in diss. de optione minoris heredis in feudalibus §. 17. p. 23.

c) in enunciatis iuris ad Tit. 50. §. 5. d) v. sup. 5.

e) P. I. Const. 28. def. 16j.

f) v. sup. §. 2. p. II. seq.

10)ma.

11)ma.

beat, sanciunt. Non itaque intelligendae de casu vbi nullus adest concursus, sed vnu ex creditoribus sibi vgilauit. Dolus bonus is est, ex quo quod percepit, sibi retinet, nec in concursum conferre tenetur. Sententiis rem pariter confirmat CARPZOVIUS a)

n)nam.

Denique Celeb. GODOFR. BARTHIVS b) exceptionem addit, quam omnes alii silent. Cambii scilicet vsuras hoc quoque gaudere ait priuilegio. Enimuero, quum neque legem, neque rationem adiecerit vir doct. neque, quod subiecit responsum Dnn. Scabinorum Lipsiensium, integrum communicauit, sed fragmentum tantum admudum obscurum, nemo vitio mihi vertet, si indicare illud mihi sufficiat, verbumque non amplius addam.

§. XX.

Ius Sax. El.
recent.

Conuerto me potius ad ius Electorale recentissimum. Mutatam admodum esse iuris veteris faciem per nouam, quae auspicis glorioſſimi Principis FRIDERICI AVGVSTI prodiit, Ordinationem Process. nemo negabit, qui vel leui in illa versatus est brachio. Apponamus verba, & statim patebit, quae sit mens Sapientissimi Legislatoris c) Und wollen wir zwar im übrigen hienit verordnet, und unsere iote neue decision d) dahin erläutert haben, daß in Zukunft die Zinsen, wenn der consens nicht ausdrücklich auf das capital restringiret, in concursibus creditorum ohne Unterscheid, sowohl bey Lehn als bey allodial-Gütern mit dem Capital in eine clasfe lociret werden. Es ist aber NB. dieses nur von denenjenigen Zinsen, so in den letzten 3. Jahren vor angestellter Blage, oder vor entstaus denen concurs verfallen e) und von solcher Zeit an noch ferner aufgelauffen, zu verstehen, da hingegen ein Gläubiger, so dieselben weiter anwachsen lassen, wegen derer vorher verfallenen, erst nach allen Capitalien derer sämtlichen Creditoren zu befriedigen. Prima haec est mutatio de hypotheca

a) L. IV. Tit. 5. resp. 44.

b) in hodogeta for. c. 3. §. 27.

c) v. addit. ad Tit. 46. §. 3.

d) de qu. v. sup. §. 15. p. 21.

e) conf. add. ad Tit. 41. §. 6. in f.

pothecis expressis & quidem iudiciali consensu confirmatis (alias enim plane non adgnoscit) praecipiens. Tollit illa verus inter feuda & allodialia hoc in capite discriminem, de quo supra diximus, a) adprobatque triennium, de quo verba quoque iam fecimus, b) ita tamen, ut vñuras, quae post illud triennium porro excreuerunt, etiam soluendas adfirmet, de quo nihil cauerunt ERNESTVS AVGVSTVS & AVGVSTISSIMVS REX noster. c)

Secunda mutatio chirographarios adficit creditores, & ita de illis disponit: *Si chirographum iudiciali initius auctoritate, & consensu non ad fortē tantum est restrictus, vñuras vñ ac cum forte in eadem locantur classe; Si autem nou accedente iudicis confirmatione scriptum, non nisi postquam quilibet ex creditoribus suam accepit fortem, in concursu sunt soluenda.* Verba haec sunt d) das interesse morae und die Zinsen, sie mögen aus einem Wechsel-Brief oder aus einer andern obligation herrühren, sollen in concursibus creditorum, außer bey gerichtlich consentirten Posten, wo der consens nicht auf das Capital restringaret, nicht mit dem Capital in einer classe, sondern erst nach allen capitalien ohne Unterscheid pro rata vergnügen werden. De triennio autem, cuius modo fecimus mentionem, nihil legitur repetitum. Ratio interim, cur iudicialis tam acriter requiriatur auctoritas, sine dubio haec est: quod hoc modo multae debitorum evitari possint fraudes, quum creditores facilius detegere queant, an obaeratus iam sit debitor, an non, id quod alias magno debitores celare solent studio. Prospexit itaque creditoribus, ne seculo nostro, quo nec hospes ab hospite tutus, nec sacer a genero, tot expositi sint periculis quam antea. Alias tamen adhuc dari posse rationes, lubens confiteor, id tantummodo subiiciens: verba: ohne Unterscheid, occasionem praebere posse alterationibus, quum ita possint accipi, ut sine discriminine creditoris, siue sit ecclesiasticus siue secularis, vel ita, ut

D 2

fine

a) §. 15.

b) §. 7. p. II.

c) v. ib.

d) v. additt. ad Tit. 50.

sine discrimine chirographi, siue sit cambium, siue aliud instrumentum, it. sine discrimine temporis, intelligantur, id quod ex edicto Regis Potentissimi a) a priuato non decidendum, interpretatione Curiae regiae referuata.

Denique & hoc notandum: *de vſuris rei iudicatae b)* de qua ante non exstebat lex peculiariſ, cautum heic eſſe: das von der Zeit, da das designations-Urtheil rechts träftig worden, einem jeden Gläubiger, dessen Forderung darinnen vor liquid erkannt, wenn gleich der passus prioritatis noch nicht völlig erörtert, das intereſſe rei iudicatae gleich dem Capital in ſeiner Ordnung entrichtet werden ſolle. Rationem iam preeoccupauic c) vnde ſicco pede heic praetereo, binisque tantum adiicio verbis, iuſſe inſimul Legiſtatem ſapientiſſimum: *ut vſurae ſemper ſententiis de forte la- tis una inſerantur d)* ne noua alias ex hoc capite oriatur con-tentio.

§. XXI.

Ius Sax. Du-
cale.

Vidimus ius Sax. Electorale; ad Ducale itaque nunc erit properandum. Multis modis illud ex ſententia diuersarum prouinciarum ICtorum in capite de vſuris diſferre ab Electorali, iam obſeruauit SCHILTERVS. e) Nouam heic addere expediet differentiam, ab aliis haud obſeruata. In eo quidem conueniunt Sereniffimi Duces cum Electoribus quod 1) vſuris rei venditae 2) ex annuis redditibus 3) a fideiuſſore pro debitore principali solutis, idem tribuant praelationis priuilegium. Quantum autem 4) ad vſuras pupillis debitas, hae non eodem modo deſcribuntur ac in Electorali, f) vnde dubium, an omnibus pupillis hoc competat ius ſingularē, an illis tantum, qui tutorem conueniunt. Eccleſis autem 5) eodem modo ac iure Electorali idem heic datum eſt priuilegium, ideoque notandum ILLVSTREM BOEHMERVM g) non in-

a) quod preefixum eſt nouae huic Ordinationi.

b) dc qu. v. §. 17. p. 24.

c) cit. §. 7.

d) v. add. ad Tit. 41. §. 6. f. it. ad Tit. 52. §. 10. it. ad Tit. 39. §. 5.

e) Ex. 35. §. 6. seqq.

f) v. ſup. §. 24.

g) in iur. Eccl. L. III. T. 16. §. 30.

intelligendum esse de territorio Gothano, neque de Isenacensi, quando de hoc priuilegio ita exprimit animi sensus: Tale autem extra Electoratum iis (ecclesiis) datum fuisse, haut probant, ut fere in SAXONIA DVCALI RICHTERI sententia a) praeualeat &c. Id quoque obseruandum de scholis, hospitalibus &c. mentionem heic non fieri, quae tamen commemorantur in iure Elect. b) 6) vsurae vxori loco alimentorum debitae illo etiam gaudent, ceu Princeps incomparabilis, ERNESTVS PIVS lineae Gothanae propator, in Ordin. Process. 1670. edita & 1704. repetita pluribus exponit. c) Nachdem nun alle Creditores, und also auch die chirographarii, der Haupt-Summe oder Capitalien halber aus des Schuldnerns Gütern vergnüget, alsdenn und ehe nicht sollen ihnen auch, wenn noch etwas übrig, ihrer Ordnung nach die Zinsen bezahlet werden. Es wäre denn, daß einer restirende Kauf-Gelder, neben darauff gelauffenen Zinsen, oder Zinsen in annuis redditibus, oder ein Bürger solche Zinsen forderte, so er in Bürgschafft vor seinen Principal bezahlet, oder ein Unmündiger, oder Birch- und GÖttes-Häuser, oder ein Ehe-Wib wegen ihres eingebrochenen Ehe-Geldes, von Zeit an, da der Mann Todes verfahren, und sie in andere Wege mit nothdürftigem Unterhalt nicht verschenk würde, gleicher gestalt Zinsen suchte. Denn in solchem Fall sollen die Zinsen, so fern als solche Land-üblich, sammt der Haupt-Summa, jedoch nach der Ordnung und Gelegenheit eines jeden Rechtens und Priorität bezahlet werden. Iisdem verbis hæc proponuntur in Ord. Proces. Serenissimi Ducis Isenacensis IOANNIS WILHELMI d) quae 1702. publici iuris facta.

§. XXII.

Apparet itaque, potissimum in eo Serenissimos Dukes diuortium facere ab Electoribus, quod usuras ex debito feudali, i.e. Domini atque agnitorum consensu mutato.

D 3

nito

- a) de priuil. credit. c. 7. n. 43. vbi regula constituitur de usuris non antea soluendis, nisi forte quisque accepert. b) v. sup. §. 12. c) P. 1, c. 18. §. 12. d) Tit. 28. §. 12.

nito plane silent, hasque ceteris quas tradunt, exceptiōnibus non subiiciant, & ideo ex regula non nisi postquam ceteri creditores fortem acceperunt, soluendas velint. Amplexi scilicet sunt opinionem eorum ICtorum, qui teste Serenissimo Electore IO. GEORGIO II. in debitis feudalibus etiam forrem vſuris praferendam existimauunt. En verba a) Ob zwar in unserm Churfürstenthum, vermöge des Organiſchen Ausschreibens und der Gerichts-Ordnung vor allen Dingen in concursu creditorum die Gläubigere ihrer Capitalien vergnüget, und eher die Zinsen von ausgeliſhenen Geldern nicht bezahlet werden sollen. Daraus etliche Rechts-Lehrer ſchließen wollen, daß hiedurch die gemeinen Rechte geändert, und also die Zinsen ohne Unterscheid, wenn gleich dieselben von einer Lehn-Schuld herführen, zurück gefeſzen werden müssen. Responſum hanc in rem exhibet. CARPZO V b) anno 1641. ab Ordine iuridico Lipsiensi in cauſa Georgii Friderici a Schönberg datum, ex quo ſequentia subiicere placet: Dennoch aber und dieweil alle Gläubiger ihrer Capitalien halber nicht bezahlet werden können, und gleichwohl vermöge des Organiſchen Ausschreibens und der Gerichts-Ordnung insgemein und ohne Unterscheid wohl und heilsamlich verſehen, daß vor allen Dingen die Gläubiger die Haupt-Summen vergnüget werden sollen, und zwar aus dieser vernünftigen Ursach, daß ſonſten die andern Gläubiger Schaden litten, derjenige aber, ſo von ausgeliſhenen Geldern Zinse bekäme, Gewinn zu hoffen hätten, welche Ursach eben ſowol, wann ein consens über Lehn-Güter, als wann er über Erb-Güter ausgebracht, statt findet, ſo ist auch George Friederich von Schönberg die verschriebenen Zinsen ehe zu fordern nicht befugt, es ſey dann, daß die andere Gläubiger ihrer Capitalien halber vollkommen vergnüget und abgefunden worden. V. R. W. Haec ſententia ob ſummarum, quam continent, aequitatem, adritit Serenissimis Ducibus, ideoque ne verbum quidem de

a) v. Cod. Aug. T. I. p. 298. decif. 19.

b) L. IV. tit. 6. resp. 48. num. 8.

de vsuris debiti feudalis addiderunt, certo satis indicio,
ex regula illas esse diiudicandas fortibusque posthabendas,
 praecipue, quum ad oculum pateat, Duces Serenissimos
 in aliis vestigiis Electorum institisse. Si itaque animus
 fuislet, hoc in casu idem cum Electoribus lentire, mentem
 de illo etiam aperuissent, sicut in ceteris fecerunt. Quae
 quum ita sint, chirographiorum sane multo melior est
 conditio iure Ducali quam Electorali. Neque immerito.
 Si enim cum hypothecariis illos comparaueris, maiori re-
 peries debitores a chirographariis adfici beneficio, quam
 ab hypothecariis. Hi, praesertim, si hypothecam des-
 erant iudicialem, vulnus debitoris, quod quounque
 modo occultare solet, dum sanare constituunt, omnibus
 detegunt, quum e contrario chirographarii ita medicam
 adferant manum, nemini vt patefiat, qua lue aegrotus la-
 boret, quibusque discruciet doloribus. Pudet scilicet
 eiusmodi aegrotos morbi quo corripiuntur, pudet aegri-
 tudinis, ideoque omnes atque singulos illam celare magno
 annituntur studio. Quoin quum chirographarii benefi-
 cium suum accommodent, merito quoque quandam il-
 lius sentiunt remunerationem. Adde & hoc: interesse
 admodum Reipublicae, vt, quantum fieri potest, omni-
 bus ac singulis facultates sua conseruentur. Fieri autem
 id nequit, si vsurae sorti praef'erantur. Ita enim euenit,
 vt multi forte, qua in omne collocauerant praesidium,
 orbat, cum egestate colluctare cogantur, quod sine dubio
 soluti Reipublicae e diametro est aduersum. Quae quum
 in mente mecum voluto, certior semper fio, fore vt, qui
 hanc caussam iam in illustri quodam foro Sax. tuentur,
 victores existant, *soritemque ante vsuras debiti feudalis cer-*
tissime capiant. Nec metuo idolum illud, quod obseruan-
ria audire solet; hoc enim quum in casibus ratione, lege
 & aequitate destitutis nonnisi vulgum ICtorum hodie ha-
 beat adoratores, in illustribus iudiciis, vbi adfident, qui-
 bus de meliori finxit praecordia Titan, merito exulat.
 Themidi ibilitatur rationibus stipatae, non superstitioni
 iuri-

Obseruantia:

iuridicæ. a) Electores interim cur haec omnia neglexerint, iam supra est expositum, b) additumque: Sapientissimum Principem FRIDERICVM AVGVSTVM, veterem hanc rursus eradicasse sententiam.

§. XXIII.

Dubium tol-
litur.

Ast audire mihi videor nonnullos, qui vtique de debitis feudalibus in Ordinationibus Process. Serenissimorum Ducum dispositum esse, sequentemque §. satis id demonstrare clamant. Audio, verum est, proboque. Id tamen pace eorum regero: *de usuris debitorum feudalium nihil ibi esse constitutum, sed de ordine tantum, in quo collocandi cuiuslibet fors. Proposuerant scilicet hucusque Duces Serenissimi, quis ordo in concursu obseruandus esset ratione allodialium bonorum. Quum autem scrupulus oriri posset de feudis, an in his idem obseruandus sit ordo?* hunc etiam e medio tollunt, diuersasque, quæ in hoc casu formanda fuit classes, enumerant. De usuris autem ne γρῳ quidem addunt, quoniam regulam generalem de illis iam tradiderant §. praecedente. Haec quum cum amico communicarem, ordinationesque essent ad manus, ille, postquam vtrumque perlegisset §. nihilque in posteriore de usuris debiti feudalis constitutum mecum obseruasset, sententiam diuersam propugnaturus: *hunc casum plane non esse decisum in Ordinationibus Ducalibus Saxoniciis* exclamabat. Ast regerebam exemplo: aut decisus est, aut non. Si illud, seruanda est regula §. 21. tradita; si hoc; decidendus ex iure communi Romano. Hoc autem in casu, si bona debitoris non sufficiunt, idem adserere; *sortem* scilicet *usuris in concursu anterendam* iam supra dedi demonstratum. c) Quoin si auctoritates adhuc desideras, neque in hoc deero. Ita SCHILTERVS d) ICtorum sui temporis antesignanus: *Cuius rei ratio non est, quam communiter assignant, quod iniquum sit, alium credi-
torem*

a) conf. quæ de obseruantia dixi in disquisit. de optione minoris hereditis in feudalibus. §. p. 21.

b) §. 15.

c) §. 3.

d) Ex. 35. §. 7.

torem sortem cum vſuris accipere, aliū vero sorte & vſuris carere. NEQUE ENIM IVS ROMANVM HANC INQUITATEM ADMITTIT, quum eo in casu, quando omnibus ſatisfieri non potest, etiam ſecundum ius commune vſurae poſt ſortem ſoluantur. Ita RICHTERVS: a) p̄aediſta vero aſſertio (intelligit regulam: vſuras vna cum forte in eadem claſſe eſſe locandas) locum ſaltem habet eo in caſu, quando in concurſa bona ad ſatisfaciendum omnibus creditoribus ſufficiunt, ſecus igitur eſt, quando omnibus ſatisfieri nequit. Et ne di- cas, Richterum loqui de iure Saxonico, id adhuc ad- dendum puto, falſum id eſte, quum numero 43. demum ius Saxonicum tradere incipiat, a num. 28. autem vſque 42. inclus. ciuile Romanum proponat. Alias magni nomi- nis Doctořes, WESENBECIVM, b) inclytum ordinem ICtorum Altdorffinorum c) idem mecum ſentientes, stu- dio omitto, partim quod rationibus pugnare malo, par- tim, quod ex iis, quae adduxi, iam adparat, argumentis ſat grauibus niti meam ſententiam.

§. XXIV.

Quanquam autem, ceu dixi, vſurae feudales hoc non gaudeant priuilegio, eſt tamen alias iure hoc singulari mu- Quousque priuilegiatae nitas, ex adductis Ordinationibus eſt manifestum. De his vſurae peti porro exfurgit quaefatio: an ita priuilegiatae currant vſ- possint? que ad tempus moti concursus, an vſque ad tempus exſolutio- nis? ſive, vt planius dicam: an vſurae iam ante concurſum debitae, hoc iure p̄aelationis gaudeant, an & illae, quae mo- to & pendente concurſu excreuerunt? Rariorē eſte hanc quaefitionē vel ex eo patet, quod pauca de illa in ſenten- tiarum reperiuntur collectionibus. Vnde eo rectius in il- la ſoluenda operam credo collocari poſſe. Ante autem, quam de illa ſententiam meam aperiam, paucis praemo- ntere iuuabit, a IOANNE GEORGIO II. Saxonum Ele- ctore anno 1665. diuersis ICtorum Ordinibus inter alias & hanc propositam eſte quaefitionem: an moto concurſu ſiſta- E tur

a) de priuileg. credit. c. 7. §. 38.

b) consil. jo. n. 34, f.

c) v. consil. Altdorfina resp. 59, in fin.

tur cursus usurarum? negarunt omnes, debitoremque condennarunt ad usuras soluendas, vsque dum fortē reue-
ra restituerit, ceu pluribus exposuit ILL. BERGERVS
 a) Argumentum inde nonnullis fortasse orietur: si omnes
 usurae. vsque ad restitutionem fortis debentur, multo magis
 priuilegiae. Specie sua se admodum commendat, si prima
 fronte consideratur, additurque quod Dni Lipsienses
 apposuerunt: Wir sehen gar nicht, wie pendente concursu
 auf einigerley Weise deuen Creditoren die Zinsen oder interes-
 se abgesprochen werden mögen. Denn wir beständig davor
 achten, daß derjenige, so nicht zu rechter Zeit seinen Gläubigern
 mit versprechener satisfactione begegne, sondern es zu denen
 Hulfs-actibus kommen läset, allerdings in mora versire,
 es wäre denn scheinbarlich, daß ein oder mehrere Gläubiger
 gefährlicher oder eigenmächtiger Weise den concursum aufhal-
 ten thäten ic. Enimvero nihil exinde posse inferri, vel ex
 eo patet: quod de eo tantum interrogati sint ICti: an de-
 bitor ad eiusmodi usuras, quae pendente concursu excreuer-
 runt, creditoribus sit obligatus? Hanc nemo negabit, sed
 an ita debeat, disquiritur, vt in concursu in praeiudicium
 aliorum creditorum fortē potentiū statim sint soluendae, b)
 licet hi sorte carere cogantur? Ex iure ciuili negandam esse
 quaestione nemo non videt, qui ea, quae supra c) tradi-
 dimus, recte imbibit. Iure Brandenburgico recentiori a
 Potentissimo Rege constituto, trium tantum annorum
 soluuntur usurae, d) & sic quaestio, quantum quidem ad
 concursum, plane cessat. Iure Saxonico Electorali nouissi-
 mo currere usuras pendente concursu supra iam obser-
 uimus e) Iure Ducali quidem nihil de hoc capite expres-
 sis verbis cautum reperimus, ex analogia tamen rem facile
 posse confici existimo. Vidimus scilicet, Serenissimos
 Duxes maximam creditorum ultimorum gessisse cu-
 ram,

a) in supplem. ad electa disceptatt. forens. P. II. p. 662. 670. n. 23.
 678. n. 23. 694. n. 23. 712. n. 23.

b) Post concursum enim adhuc peti possunt, ceu §. 28. dicetur.
 c) §. 3. p. 5. d) v. §. 7. p. 10. e) §. 20. p. 26.

ram: a) Vidimus, regulis aequitatis ac prudentiae id admodum conuenire. b) Has fusque deque postea habuisse nunquam sunt credendi sapientissimi legislatores, ne, quod altera concesserunt manu, altera eripere rursus videantur. His suppositis sponte sua fluit, ita intelligendum esse textum allegatum, c) ne creditores postremi plane spe sua excidant, prioresque omnia capiant. Restringere potius voluisse praesumendi sunt Serenissimi exceptiones suas, quantum fieri potuit, ne nimis regulam infringerent. Vnde, quum usurpas in quibusdam casibus sorti praferendas constituerunt, de usurpis ante motum concursum iam debitum sine dubio id intellexerunt, ne melioris conditionis in omnibus sint, qui lucro inhaiant, quam qui damnum auertere adlaborant. Sat ipsis iam tributum est priuilegii, vt in usurpis ante concursum debitum aliorum sorti praferantur. Sufficere id potest lucrum quaerentibus, ne duplice adficiantur emolumento, quum duplex incommodum alios exspectat, quae singula confirmantur auctoritate iuris ciuilis, ad quod configendum, si casus in jure patrio non satis est decisus. Nec omnis decollauit spes de percipiendis in posterum usurpis, si quis bonis cedere cogitur; vnde, quod reliquum est, alio tempore, si debitor ad meliorem fortunam forte perueniat, semper potest expeti. d) Et licet spem illam admodum fatear esse fallacem, aequius tamen mentique Principis Clementissimi magis puto esse conforme, vt ad eiusmodi spem ablegetur, qui sortem cum usurpis quodammodo iam accepit, quam qui utroque adhuc caret.

§. XXV.

Ast remouendus adhuc, quem hoc in capite a non- Dubium re-
nemine motum noui, scrupulus. Inferuit scilicet Cel. mouetur.
GODOF. BARTHIVS bodogetae e) suo sententiam quan-
dam a Scabinis Lipsiensibus anno 1698. hoc in casu latam,
cuius verba: Dass das interesse von ihrem Anttheile an der

E 2

im

a) v. sup. §. 22. p. 31,

b) v. l. c.

c) §. 21. p. 29.

d) v. §. 28.

e) cap. 3. §. 27. edit. recent.

im Lagischen concursu Friederich Müllers Erben zu erkennen
 Post derer rückständigen Kauff-Gelder bis zur Zeit der be-
 schenen Auszahlung zu entrichten. Hanc tanti faciunt
 nonnulli, vt ne hiscere quidem contra sententibus licere
 arbitrentur. Enim uero non inuertere illam quemodo di-
 ximus, ex sequentibus patet. 1) est sententia iCtis pronun-
 ciata, non lex atque constitutio legislatoris 2) in Electoratu,
 lata est, nos autem loquimur de Ducatu Saxoniae 3) agit de
 vsluris rei venditae, vnde ab illa ad quascunque alias priu-
 ilegio munitas argumentari non licet. Grauissima enim in-
 ter illas & alias intercedit diversitatis ratio, quam & Elec-
 tor IO. GEORG. adgnouit a) reuera scilicet heic agi de
 damno, non de lucri amissione. Si itaque adest damnum
 posituum, dum quis *re propria una cum pretio* carere cogi-
 tur, mirum haud est, quod aliis praeferatur. Adde, quod
 rem vendere, pretioque inde redacto noua sibi conciliare
 potuisset commoda. Duplici itaque reuera adscititur da-
 mno. Eodem modo haud se habent hypothecarii ex hy-
 potheca feudali vsluras quaerentes. Re quidem (intelligo
 fôrtem mutuo datam) etiam carere coguntur; ast de pre-
 tio heic nihil dici potest, ergo simplex tantum adest da-
 mnum, quum alter duplex sentit. Quis autem ab illo
 qui duplici adscititur, argumentaretur ad eum qui simplex
 saltem sentit? 4) neque id praetermittendum: BAR-
 THIVM silere: an bona fuerint sufficientia an non. Prius
 fere supposuisse videntur Dni Scabini, dum id etiam ad-
 iudicant, quod *l' agio* mercatores adpellant. Hae ra-
 tiones sane ita sunt comparatae, vt, qui recte experederit,
 ab vsluris rei venditae ad ceteras priuilegio donatas argu-
 mentum amplius ducere haud queat audere. Quantum
 autem ad ea, quae §. praeced. ex BERGERO retulimus,
 binis tantum notasse iuuabit verbis: Ictos circumstantias
 in hoc casu recte considerandas notanter monuisse: jedoch
 würde nach Gelegenheit der Umstände - - - dergleichen
 Temperament wie bey Ew. Churf. Durchl. neuen decis. 27.
 inf.

a) v. sup. §. 19.

in f. & 30. in f. zu schen (i. e. remissio usurarum) nicht unbillig getroffen. Principalem autem esse circumstantiam, quando alter lucrum petit, alter damnum auertere operam dat, quis negauerit? Nihil itaque supereft, quam ut ea adhuc apponam, quae MEVIVS a) ICtus magni nominis, tamque a solida iurisprudentiae notitia quam ab aequitatis laude celebratissimus, hanc in rem egregie est meditatus: quodsi vñquam eo consilio opus fuit, statutus praesentium temporum desiderat, nec dubito, prudentius ea, quae circa concursus creditorum occurunt, considerantes tandem eam iniquitatem (vbi scilicet usurae sorte praferuntur) non toleraturos, vt paucis ex mole usuraria cedant, alii nihil aut parum ob illorum lucra eveniat, imo ob eadem insontis debitoris fides & fama pereat &c. (si scilicet quis forte excidat; hanc enim si modo conseruare potest creditor, famam debitoris fugillare non tam audebit, quam potius misericordia quodammodo ducetur)

§. XXVI.

Sufficient haec de iure ciuili, Marchico & Saxonici. De aliis iuriis. Iam de aliis quaedam adhuc adiicienda. De Magdeburgico auctor est RICHTERVS b) usuroras cum sorte in eadem locari classe, praeiudicioque Dnn. Scabinorum Hallensium de anno 1617. idem confirmat. Insertum illi videmus: constitutionem Saxoniam nunquam esse receptam. Enimvero aliud recentioris temporis exstat testimonium FRIDERICI I. augustae memoriae Principis, hoc modo dicentis: Demnach wir von denen Commissariis, welchen wir die revision und Einrichtung des Magdeburgischen Weichbildes aufgetragen, berichtet worden: daß allezeit bey der Stadt Magdeburg in viridi obseruantia gewesen, daß in concursibus zuerst die capitalia, hernach die Zinsen abgetragen worden, solches auch in das neue reuidirte Weichbild gebracht sey. so befehlen wir euch in Gnaden, euch darnach zu achten, und, wann in dergleichen Fällen appelliret wird, darnach zu sprechen.

E 3

sprechen.

a) in discuss. levam. inop. debit. c. 4. n. 28.

b) de priu. credit. c. 7. n. 35. it. Decisi. 74. n. 54. Vol.

sprechen. Geben Schönhausen den 10. Aug. 1703. Id rursus quodammodo mutatum a Rege nostro Potentissimo, iam supra obseruauimus. a) Idem dicendum de iure Halberstadiensi. Testimonium interim antiquae consuetudinis, sortem vsloris praferentis de anno 1699. exhibet ILL. BOEHMERVS b) quod præcipue ideo notandum, quodne piis quidem corporibus praelationem usurarum concedit. c) *Ius Lubecense* in concursu usurarum vnius anni vna cum sorte adiudicat, reliquas autem non nisi postquam alii sortem acceperunt. Et id quidem non lege, sed vnu esse inuestum auctor est doctissimus iuris Lubecensis Commentator MEVIVS d) De Tribunalis Wisariensis autem idem adserit, e) regulam iuris ciuilis (perperam intellecti) f) seruari.

§. XXVII.

*Quo ordine
usurae sunt
petendae?*

Quo ordine ex concursu petantur usurae? breibus adhuc effet excutendum, nisi ex iis iam appareret, quae hucusque sunt proposita. Id itaque tantum heic monendum: omnia fere in id conspirare iura, ut usurae eodem ordine petantur, quo fors est soluenda. Sic iure ciuili notum est vulgatum illud: *qui prior est tempore, potior est iure*, quod uno ore VLPIANVS g) AFRICANVS h) ICti, ANTONINVS i) & ALEXANDER k) Imperatores confirmant; Iure Saxonico idem volunt verba: ihrer Ordnung nach l) it. nach eines jeden habenden Rechten und prioritaet &c. m) Clarissime id expresserunt Altdorffini ICti n) dann, wazfern nach aller Creditoren Befriedigung auch etwas in der Schuldner Vermögen vorhanden und übrig, auf welchen Fall ihnen, nach der Ordnung, wie sie mit ihren Haupt-Summen gesetzte, auch berührter Zinsen halben, Bezahlung geschieht. Eodem modo loqui Regem nostrum Clementissimum, supra iam obseruauimus. o)

§. XXVII.

- | | |
|--|---|
| a) §. 7. | b) iur. eccles. Lib. 3. Tit. 16. §. 30. |
| c) conf. sup. §. 12. sq. | d) P. III. art. 12. n. 79. |
| f) sup. §. 3. it. p. 17. not. a) & p. 32. it. p. 22. | e) P. 8. dec. 464. |
| h) L. 9. pr. eod. | g) L. 8. ff. qui pot. in pign. |
| i) v. § 9. & 21. | j) L. 2. inf. C. eod. |
| n) in Consil. Altdorff. 59, n. 11. | k) L. 5. eod. |
| m) v. p. 29. | l) §. 7. |

§. XXVIII.

Vltimam denique adhuc subiiciemus quaestionei: An post con-
an scilicet finito concursu, tributoque quod cuiilibet tribui cursum vnu-
poterat, debitor adhuc ad vsluras teneatur? Adfirmatiue si-
ne vila illam decidit haesitatione. Quicunque enim pe-
cuniam mutuo accepit, non fortis tantum sed & vslurarum
promisit solutionem. Factum hoc obligatorium id ope-
ratur, nullo modo vt a fide data liberetur, nisi reuera pree-
stiterit, quod promisit, aut alter ius suum remiserit. Quodsi
itaque partem tantum preestit, de eo quod superest, tem-
per tenetur. Confirmatur hoc iuris naturae ratiocinium abs
ICto VLPIANO a) ALEXANDRO que Imperatore. b)
Qui bonis cesserint, ait Alexander, nisi solidum creditor rece-
perit, non sunt liberati. In eo tantummodo hoc beneficium
est, prodeß, ne iudicari derribantur in carcere. Hic itaque
est cessionis effectus, vt squalor evitetur carceris. Si igit-
ur debitor post concursum atque cessionem bona ruribus
adquirat, hereditatibus locupletetur, donationes acci-
piat, inuentionibus ditetur, denuo vtique conueniri
potest. Ponderis tamen cuiusdam debet esse, quod quis
adquirit. Si enim in re minima consistit in humanum,
teste IVSTINIANO c) eß, spoliatum fortunis suis in soli-
dum damnari. Imo ipsi sibi hoc modo nocerent credito-
res, dum neruos statim debitori succiderent, quibus ad-
quirere, creditoribusque, quod debet, corraderem posset.
In Germania olim carcere, addictionemque ad manus ob-
tinuisse, nonnullibique etiamnum obtinere, si debitor non
omnia restituit, quae debebat, iam alli exposuere IO.
GEORG. Žeidler d) IO. FRID. GEORGI e) GOT-
LIEB VOIGT. f) An autem de forte ea tantum sint in-
telligenda, an & de vsluris? inquirere supersedeo, quum pa-
gellae

a) L. 4. ff. de cess. bon.

b) L. 1. C. qui bon. ced. poss.

c) §. fin. I. de aet.

d) diss. Altdorff anno 1679, hab. de carcere debitorum?

e) diss. Ien. eod. anno hab. de carcere obaeratorum.

f) de addictione ad manus.

gellae iam praeter spem exreuerint, & compellanda mihi breibus adhuc generosissima atque nobilissima studiosae iuuentutis in incluta nostra Halensi corona.

§. XXIX.

Significantur me dicau, GENEROSISSIMI atque NOBILISSIMI IVENES! flos Academiae spesque Reipublicae! nec unquam poenituit instituti, quum non sine fructu laborem impensum intellexerim. Addidit id animum effectique indies ut cresceret honesta illa TIBI inferuendi cupidio. Quam quomodo tempore hoc aeftiuo explorare constituerim, duobus TE monere volui verbis. Explicabo scilicet primo Sacratissimi Imperatoris IVSTINIANI INSTITUTIONES, & ita explicabo, vt, quid ad genuinum earum intellectum ex antiquitate Romana monendum, perspicue semper tradam, quomodoque illud in succum & sanguinem possit conuerti, nunquam non ostendam. Deinde deinceps in clyto olim ICto, IAC. FRID. LVDOVICI in PANDECTARVM versabor interpretatione, ea methodo, ut diversa iurisprudentie Romanae atque Germanicae principia indicem, conferam, singulaque ex fonte suo semper deriuem. IVS CANONICVM porro ad ordinem INSTITUTIONVM a Celeb. SCHILTERO conscriptarum exponam, illisque, quae ex historia ecclesiastica lucem accipere debent capitibus, foenerari eam omnibus intendam neruis. Denique publicis quoque, quas vocant, praelectionibus, in GEORGII BEYERI delineationem historiae iuris Romani & Germanici, quae sigillatim anno praeterlapsi prodit, commentabor, eoque ipso faciem iis praeferam, qui de solida iuris scientia adquirenda sunt solliciti. Horam quam praelectionibus meis tribuere constitui, iam non commemoro, peculiari id reseruans schedulæ, qua publicae adfixa tabulae, ut animo beneuolo veniatis, auditatis, iudicetis, etiam a Vobis contendo atque etiam.

Scrib. ex Museo die 20. Apr. MDCCXXVI.

p. 28. lin. 6. pro qua leg. quibus.

Halle, Diss., 1726 (-2



f

5b.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-235230-p0048-2

DFG



42.

17

(92)

1726

21

Q. D. F. F. Q. E. I.
DE

PETENDIS EX CONCVRSV VSVRIS

EX IVRE ROMANO ATQVE GERMANICO

DISSERIT

GENEROSISSIMAMQVE ATQVE NOBILISSIMAM
STVDIOSAE IVVENTVTIS
CORONAM

AD PRAELECTIONES AESTIVAS

EA, QVA PAR EST, HUMANITATE

INVITAT

D. FRID. SCHNADERBACH.

HALAE MAGDEBURGICAE
TYPIS IOANNIS GRVNERTI ACAD. TYPOGR.